Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

[Textanfang]

urn:nbn:de:bsz:31-131792

DISPUTATIO XI.

de Legib. in Specie.

Lex in communi dividitur primo in naturalem et positivam. Naturalis est quae ex ipsa natura rei independenter ab omni libera volunte obligat. Positiva est, quae à libera Legislatoris volitione provenit qua aliquid ex se non malum speciatim prohibet, aut obligat ad aliquid quod ex natura sua erat extra obligationem. Dividitur Secundo lex naturalis in aeternam et creatam. Aeterna est, qua Deus prohibet ea quae ex se intrinsece sunt mala. Creata vero est dictamen illud rationis, quod reperitur in homine et Angelo v. g. furtum esse malum et fugiendum. Dividitur 3. etiam lex positiva in divinam et humanam. Illa est, quae à Deo imponitur et iterum subdividitur in Veterem seu Moysaicam, et novam seu gratiae aut Evangelicam. Haec ab homine ponitur; et etiam subdividitur in Canonicam

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

quæ provenit ab homine Jurisdictionis
spiritualis spectat, illa à Deo legata
ideoq; magis per se directe in bonum spiritū
tendit. At in Civilem, q; provenit à po-
testate Laica, quæ tali et magis per se res-
picit ea, quæ ad [illegible] guber-
nationem spectant. Omnium a. harum legum
absolutissima Epitomes est Decalogus, ita
ut, si ejus præcepta probe intelligantur, suffi-
cientissima sint ad actus omnes humanos sive
exteriores, sive interiores recte ordinandos.
De his igitur in hac Disputatione agemus,
duo circa quodlibet præceptum investigatu-
ri: primo, quid illud præcipiat aut prohi-
beat; secundo quot modis in illud peccetur.
Atq; ideo Sectiones singulas in plures §§.
distinguemus. Quare sit

Sectio 1ma

Præceptum primum.

Ego sum Dominus Deus tuus
Non habebis Deos alienos coram me.

Duplex est hoc præceptum, negativum scil. et